











Ὅτι πρὸς ἐν ἐνόματι Χριστοῦ καὶ εὐδωδῶ.  
*Quo sinè nil altum mens inchoat, auspice Christo.*

Annuentib. claris, atq;  
amplis. Viris, D. SIGIS MUNDO  
SCHILLINGIO, inclytæ Facultatis Me-  
dicæ Decano, & reliquis ejusdem Collegij Docto-  
ribus in florentissimâ LIPSENSI academiâ,  
Dominis ac Præceptorib. suis omni reverentiæ cul-  
tu dignissimis, subjectam Quæstionem unâ cum  
Problemate annexo, ad diem, DEO volente, XXII.  
Junij, horâ VIII. matutinâ, publicè in auditorio  
maximo majoris Principum Collegij dilucidabit,  
*ac καὶ δῶρον* ab argumentis quæ objici-  
entur à Dn. Promotore, tuebitur

M. JOHANNES HEINTZIUS,  
Valle-Joachimicus, D. JOHANNIS HEINTZ  
Vratislaviensis, insignis olim apud  
VALLENSES Medici, F.

*Idq; ad consequendum PRIMAM*  
*in Medicâ arte LAVREAM,*

PRÆSIDE ac PROMOTORE  
D. JOANNE SIGLICIO Hal-  
lensi Saxone, Professore Cheirurgices.

L I P S I Æ,  
JOHANN. GLÜCK excudebat, anno 1620.

57.





Primus amor Phœbi DAPHNE Pencia. —

Ovid. I. μεταμορφώσεων.



*LAVRUS ubi bona signa dedit, gaudete coloni.*

Tibull.





QVÆSTIO ANATOMICA.

**Q**uoniam venarum ductus in Splenem expor-  
cti, non ab Hepate aut venâ Cavâ, sed à venâ  
Portæ, antequam Hepatis corpus attingit, o-  
riantur: quumq; nullus omnino ramus ex Splenicâ  
venâ in Hepatis substantiam pertingat: quum deni-  
q; in concavo Lienis nulla ampla cavitas, excipien-  
do melancholico excremento idonea, (qualem in  
cæteris excrementorum receptaculis, vesicâ nempe  
biliarîâ & vesicâ urinariâ, factam videmus) appareat:  
Ut taceam, absurdum videri et ab œconomiâ & sa-  
pientissimâ humani corporis constructione alienis-  
simum, quòd humor ille crassissimus, ab Hepate ad  
Splenem mittendus, per longas ambages & angu-  
stissimas Hepatis venas in truncum Portæ, indè in  
ramum ejus sinistrum sive Splenicum, qui juxta  
Mesentericum sive dextrum aliquot digitis infra  
Hepar locatus, remeare debeat:

An nihilominus retinenda sit vulgata ex Galeno  
sententia; Quòd excrementum melancholicum in  
Jocinore genitum, & ab eo rejectum, Lien ad se at-  
trahat tanquam peculiare illius receptaculum?

PROBLEMA CHEIRURGICUM.

*Quid tutius sit, quovis tempore Erysipelati seu  
Rose vulgo dictæ calida à quovis à admovere, quàm  
frigida quæcumq;?*

A 2

Do-



DOCTORES COLLE-  
GII LIPSIENSIS MEDICI,  
universis ista legentibus S.



*H*onos non solum alit artes, ut est  
in proverbio, sed quoque Virtutem.  
Quod quum intelligerent Majo-  
res nostri, Viri non modo doctrinam  
ac sapientiam, sed dignitate quoque et  
potentiam conspicui et supereminentes, ut homines  
ad virtutis pariter sapientiaque studium incende-  
rent, decreverunt sua quaedam discentibus in o-  
mni studiorum genere βραβεία καὶ ἄθλα, hono-  
rum premia, eaque auctoritate publicam et summam  
suffulta esse voluerunt: ut per ea a negligentibus  
diligentes, ab inertibus et segnibus ij qui alacrius  
in studijs majoreque cum fructu versati essent, quasi  
per insignia distinguerentur. Eos autem Ho-  
nores voluerunt esse multiplices, ita ut Gradus ex  
his



his aliqui essent summi, & veluti perfectionis, quanta quidem cadere in hominem potest, in aliquo studij genere testimonia summa; aliqui non tam absolutionis essent praconia, quam ad diligentiam summam, ex qua summi etiam aliquando honores sperari possent, incitamenta.

Hujus nimirum generis est BACCALAVREATUS, à lavreâ baccatâ nomen habens, quâ olim publicè donatos creditur, qui propter suas vigilias, labores, industriam, ac eruditionem primum scholasticae dignitatis gradum promeriti essent, ut vatum instar in solenni pompâ caput lavreâ baccatâ redimitum circumferentes, ceteris suis commilitonibus ardentem diligentia faciem ad inclytas Virtutum sedes praferrent. Hic Gradus etsi aliquibus fortè magis puerilis quidem lusus, quàm res seria videri possit: usu tamen compertum est, tantam ejus utilitatem esse, ut, si non ob rem aliam, at certè propter consuetudinem Examinum, quorum ingens fructus est, & qui breviter hoc loco exponi non potest, in academijs omnino sit retinendus.

A 3

Quum



Quum igitur ( quod bene vertat aeternus  
DEUS, Medicorum princeps, ἀγωνοθέτης ἢ ἐγχο-  
διώκτης ἡμῶν ) ad proximum diem Jovis, PRI-  
MUS in arte Medicâ honorum GRADUS, qui  
BACCALAVREORUM est, tanquam majo-  
rum pignus minimè dubium, lege moreq̄, solenni,  
voce Promotoris publicâ conferendus sit Can-  
didato uni lectissimo atque doctissimo, Opt. Art.  
Ἐt Philosophia Magistro ; cujus pronuper ex-  
ploravimus cum ἀθροισμῶν Ἐt industriam,  
tum progressus in studio Medico, illaq̄, in ipso  
deprehendimus ejusmodi, ut ἀπὸ μιᾶς πάντων  
perdignus sit judicatus Medicæ doctrinæ Testi-  
monio publico Ἐt honoris hujus communicatio-  
ne : Petimus obnixè omnes omnium Ordinum  
academiæ cives, Viros atq̄, Adolescentes bonos  
Ἐt doctos, ut die, horâ, locoq̄, indicatis honestis-  
simâ presentia suâ publicâ solennisq̄, Renuntia-  
tionis actum celebrare, ac conspectiorem reddere  
velint, placidè quæ in congressu Ἐt confessu isto,  
Ἐξ ἰσχύος ἡς ἀν' χορηγίῃσιν ὁ Θεός, dicentur auscultatu-  
ri: cum ut studium benevolentia suæ erga doctri-  
nam

nam



nam & artem Medicam, & erga ipsos Medicos artisq; hujus filios declarent, tam inprimis ut honorem ab se hoc officio haberi testentur DEO, auctori Medicina, qui vult se datorem & conservatorem vitæ nostræ, & conditorem remediorum, quæ morbis depellendis serviunt, agnosci, & reverenter à nobis coli artem medicam, quæ amplissimam & verè divinam sapientiam ambitu suo complectitur, & plurima ac quammaximè illustria de DEI providentiâ & bonitate testimonia continet. Vicissim omnibus atq; singulis nostræ pollicemur officia.

Studiosos autem & cultores Medicinae monemus, ante horam VIII. apud amplissimum Dn. Decanum congregentur, indeq; comitatu honesto Nobiscum unâ simul ad locum Promotionibus rite faciendis, & honoribus legitime conferendis destinatum prodeant. Idq; non tam gratum Nobis ipsiq; Candidato, quàm ipsismet honorificum atque predicabile ad omnes qui solennem pompam spectaverint, est futurum.

DEO



DEO, aeterno Patri per Filium μονογενῆ JESUM  
 CHRISTUM Θεάνθρωπον, σωτῆρα καὶ φύ-  
 λακα perpetuum generis humani, secundum am-  
 bobus ὁμοῦσιον, ὁμοδύαμον καὶ συναΐδιον Spiritū S.  
 toto pectore gratias agimus, quòd talum Gigante a sta-  
 tua, conflatum ex limo & ferro, etiamdū fulcit, & inter  
 tristes ruinas collabentium regnorum & imperiorum  
 colligit & servat sibi sanctū agmen & semen inter nos:  
 Eumq̄, ardentem petimus, servet deinceps ac protegat  
 has politias & Sereniss. Ducē Electorem Saxonia & c.  
 δεχόντων τῆς Γερμανῶν δεξιῆς κρατίστον τε καὶ Παι-  
 κέστατον, τροφέα καὶ ἀεργέτω ἡμῶν, sub cuius um-  
 brâ, secundum DEUM, Ecclesia CHRISTI & hujus  
 seminaria Scholæ, ac Republicæ habent tranquilla ho-  
 spitia; quò in hac vitâ inchoëtur in nobis regnum illud,  
 quod mox generi humano palam ostendetur, quum  
 lapis ex monte avulsus suo pte nutu & impetu, totum  
 Gigantem concutiet ac demolietur. ἔρρωθε  
 ἐν Χειρῶ ἀπαξάπαντες. Πρετέθη die Ju-  
 nij XIIIX. qui erat Dominicus I. post TRINITA-  
 TIS, anno Christiano supra M. LXX. CXX, ab  
 acad. autem LIPSIENSI conditâ supra CCCXI.

Τῶ Χειρῶ κλέθ, δούδιας τῶ πίδακι πάσης.  
 Gloria sit CHRISTO, nostros qui prosperat actus.







